



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm Septembris Et Octobris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10262**

De SS. Ptolemæo & Lucio martyribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77413](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77413)

DE SS. PTOLEMAEO ET LVCIO MARTYRIBVS. 947  
MARTYRIVM SS. PTOLEMÆI ET LVCIL,  
AVTHORE BEATO IVSTINO PHILOSOPHO ET  
martyre, *Apologia prima pro Christianis, interprete Ioa-  
mo Peronio Benedictino.*

**V**T eorum omnium, quæ Vrbicio praefecto gesta sunt, can- 19. Octobr.  
sam perspicatis, rem, ut gesta est, narrabo. Mulier quædā  
viro, qui libidini deditus erat, nups'erat. Ea cùm ante libi-  
dinosè vixisset, posteaquam Christi præcepta & disciplinā En quid Eu-  
cognita habuit, se ad meliorem frugem mentemq; con- angelū effi-  
uerit, viroq; vt idem ficeret, suadere conabatur præce- ciat in ijs, q-  
ptis proferēdis, proponendaq; pœna, quæ in æterno igne  
manceret eos, qui non pudice, nec ex ratione recta dege- vere credut.  
rent. Ille autem, qui in eadē libidine perstaret, factis suis  
vxorem à se abalienabat. Nefas enim & impium rata mul-  
ier, deinceps cum viro habitare, qui contra legem natu-  
ræ & contra ius, viam libidini ac voluptati omni ex parte patet facere studeret, à con-  
iugio disiungi separariq; constituit. Cumq; ab eo proposito abduceretur à suis, qui ei  
etiam manendū suaderent, quod spes esset, fore ut aliquandò vir eius vitam moresq;  
mutaret, vim sibi inferens, inuita mansit.

Postea verò, quā vir Alexandriam profectus, grauiora & indigniora scelera ad-  
mittere renunciatus esset, nè socia & particeps eius scelerum flagitorumq; fieret, si  
in coniugio maneret, vieluq; communi vteretur, & in eodem lesto cubaret, dato eo,  
quod apud nos repudium dicitur, separata est. Præclarus autem eius vir, qui letari de-  
buisset mulierem, qua libenter iam pridè cum seruis ac conductis operis, ebrietate  
omniq; scelere se oblectans fecisset, ea quidem facere destitisse, seque ab eis abstinere  
voluisse, cùm ipse nollet, eam se à coniugij nuptiarumque iure ac foedere distraxisse:  
eam in crimen vocauit, & accusauit, quod esset Christiana. Ac illa quidem libellum Pudica con-  
tibi Imperator attulit, petens ut sibi rebus suis consulere liceret: deinde obiecto cri- iux ab ad-  
minis responsuram, cùm rebus suis consuluisse, promisit, idque concessisti. Tum ve- ultero accu-  
rò ille, qui aliquandò vir eius fuerat, cùm iam nihil in præsens in eam dicere posset, in  
Ptolemæum quendam, in quem Vrbicius animaduertit, quemque præceptorem in  
Christianæ disciplina illa audiuerat, impetum fecit hoc modo: Centurioni, qui Ptole- S. Ptolemæ-  
mæum in vincula coniecerat, & quem amicū habebat, persuasit ut ex Ptolemæo hoc us in carce-  
vnum quæreret, num esset Christianus. Ptolemæum veritatem studiosum, non fraudu- re degit.  
lentum, neque mendacem, cùm Christianum se esse professus esset, in vinculis Cen-  
turio esse voluit, eumq; in carcere diuturna pœna afflixit. Ad ultimum cùm in Vrbicij conspectum productus, simili modo hoc vnum rogaretur, num Christianus esset,  
rursùm sibi recti virtutisq; ex Christi doctrina conscientius, diuinæ virtutis disciplinam  
confessus est. Qui enim se esse negat, is aut rem, quam improbabuit, negat: aut certè re  
indignum se & ab ea alienum sciens, virat confessionem: quorum neutrum in verum  
Christianum cadit. Cumq; eum ad supplicium Vrbicius rapi iussisset, Lucius quidam, Rapitur ad  
qui etiam Christianus erat, cùm ita contra ius & aquitatem iudicium fieri videret, supplicium,  
his verbis cum Vrbicio egit: Quæ(malum)ratio te è insania adegit, ut hunc, quem Lucij liber-  
nec adulterij, nec stupri, nec cædis, nec furti, nec rapinæ, nec deniq; vilius sceleris cri-  
mine conuictum haberes, sed Christiani tantum nominis appellationem profiten- tas.  
tem, pœna capitis afficeres? Non iudicas, Vrbici, ex Pj Imperatoris, nec filij Cæsaris,  
qui est Philosophus, nec Senatus dignitate. Ille Lucio qui nihil aliud responderat, Item ma-  
Mihi, inquit, tu quoquè vidéris esse huiusmodi. Qui cùm, Maximè, respondisset, tyrium,  
cum etiam rapi ad mortem iussit, gratiam ei se habere profitentem,  
quod se ab improbis talibus dominis liberatum esse sciret, &  
ad parentem Regemque cælorum proficisci. Ter-  
tius etiam alias cùm accessisset, mor-  
te mulctatus est.

MARTY-